



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 7. Præsules pro conficiendis decretis designati hac super re
consultantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„scribitur in libro, cui nomen *Ordo Re-*
 „*manus*, præsertim conficit in eo, quod
 „in hoc Laicis communicatio sub utraque
 „specie permittatur, hinc id ipsum hæc
 „tempestate, ut Patres concedant, hor-
 „tor. „ Ceterum cum hæc oratio ad-
 stantes offendisset, Episcopus Quin-
 queecclesiensis suscepto illius patrocinio
 affirmabat, quod hic Theologus neque
 falsi quicquam protulisset, neque offen-
 sionis, aut scandali causam dedisset. qui
 non ad populum, aut apud idiotas
 verba fecisset, sed in corona erudito-
 rum, apud quos veritas odium concilia-
 re non potest, quare illi qui hunc Docto-
 rem tanquam scandalosum, ac temera-
 rium damnare auderent, semetipsos tan-
 quam veritatis minus capaces prius da-
 mnare viderentur.

§. VII.

Præsules pro conficiendis decretis de-
signati hac super re consul-
tantes.

Postquam Theologi hac in re suas quis-
 que sententias aperuerant, illorum
 quoque Præsulum, quibus decreta con-
 ficiendi cura erat demandata, iudicium
 desuper excipiebatur, atque inter eos
 Martinus Perezus Ayala Episcopus, qui
 omnibus conventibus circa Missæ Sa-
 crifi-

crificium Anno millesimo quingentesimo-^{Sæc. XVI.}
 mo quinquagesimo primo habitis inter-^{A.C 1562.}
 rat, fualit, ut eidem doctrinæ, & Ca-
 nonibus, qui anno sequenti millesimo
 quingentesimo quinquagesimo secundo
 mense Januario promulgabantur, insi-
 stendum foret, & duntaxat, an emenda-
 tione indigeant, inspiceretur: ast id
 Cardinalis Seripandus non probabat,
 ratus, quod justum non videretur, alie-
 no operi manum admovere, ac si Patres
 essent eorum, quæ tum jam erant san-
 cita, correctores: præstabilius ergo cen-
 sebat, nova Synodi decreta contexe-
 re, neque dare occasionem dicendi, quod
 aliena messis ab ipsis demessa fuerit.
 Ast Archiepiscopus Granatensis, qui
 pro more suo semper ceteris adversaba-
 tur, noluit in decreto apponi, quod
 Christus se obtulerit in Cœna, aut Sa-
 crificium instituerit iis verbis: *hoc fa-
 cite in meam commemorationem.* Equi-
 dem Seripandus Legatus primum ut-
 pote minus necessarium omitti posse
 censebat, cum sufficeret, quod Christus
 Dominus oblationem instituerit: circa
 alterum vero articulum ajebat, requiri,
 ut exprimeretur, quibus verbis institu-
 tio fiat, nulla autem alia verba præter
 hæc: *Hoc facite &c.* adducantur: nihil
 tamen fuit propterea immutatum, sed
 omnia

Sæc. XVI. omnia ad tempus, in quo Patres suas
A.C. 1562. sententias promerent, remissum.

§. VIII.

Ratisbonensis, & Basileensis Episcoporum Procuratores in Synodo excepti.

Sarp. p. 534. Die tertia Augusti generalis habetur Congregatio, in qua Ratisbonensis, & Basileensis Episcoporum Procuratores admittebantur. Horum primus natione Germanus, ac nomen Joannes Gothardus erat sæcularis Sacerdos, alter vero Georgius Hochenwartus Theologiæ Doctor, cui Patres utpote veri Basileensis Episcopi Procuratori honorem deferre, eumque hoc *Basileensis Procuratoris* nomine decorare volebant, non sine invidia Basileensium, qui cum suo Episcopo de hac prerogativa contendebant, illumque non nisi Episcopum nominabant Bruntensensem ab exigua hujus nominis civitate, quæ occasum versus Basilea septem leucis distita, atque hodierni Episcopi Sedes est. Hisce solemnibus denique peractis rursus de Sacrificio Missæ sermo instituebatur, ubi Lancianensis Archiepiscopus ad sopiendas omnes controversias sat opportunum fore censebat, si doctrinæ capita omnino omitterentur, &